

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio bt cum fonte primo

Nemo potest in ualle stare et de monte loqui. Vbi stas, inde loquere; aut unde loqueris, ibi sta. Si in terra est animus tuus, ut quid de celo loqueris? In celo consiste, si de celo loqueris.

←

→

Nemo enim potest in ualle stare, et de monte loqui: sed aut ubi stas, inde loquere: aut unde loqueris, ibi sta.
Si in terra est animus tuus, ut quid de coelo loqueris?
Si ergo in terra tu stas, de terra loquere: si autem de coelo loqueris, in coelo consiste,
ut dicas cum Apostolo: *Nostra autem conversatio in coelis est (Phil. 3. 20.).* Ille autem populus, qui audit iustitiam Dei, ideo debet in altitudine honorum operum consistere, quia discipulus imitator debet esse magistri. Si autem in peccatis vivas, et audias iustitiae verba docentem, iudicium tibi, non salutem acquiris. Audis enim, ut ne ignorantiae vel excusationem habeas ante Deum. Ecce, homo si quamcumque artem ex toto corde voluerit discere, puta pingere aut aedificare, cum frequenter magistrum suum audierit aut viderit, tollit se in secreto, et accipit ferramentum, et ipse se tentat, si potest jam facere quod frequenter audivit vel vidit. Sic et tu, si facere iusticiam non vis, ut quid praedicatorem iusticie audis?
ut quid doctorem illum appellas, cujus non vis esse discipulus?

Si iusticiam facere non uis, ut quid de predicatorem iusticie facis? Quare magistrum uocas cuius non uis esse discipulus?

Crisostomus super illud Matthei V.: Ihesus ascendit in montem.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, 9 (PG 56, col.679-680).